

Tom XIII
Mijakunoz Daboy.

[Faint handwritten signature or initials]

The
M
G
T
H
P
E
P
C
A
G
C
E
D
I
G
T
F
G
E



4.

22

דיבורים

De

DIVINO NOMINE

ELOHIM,

Et imprimis

Nobilissimâ, eaq; vexatâ multùm

Controversia: an ex hoc Nomine plurali, & præsertim

hoc juncto Verbo singulari **אֱלֹהִים**, *Genes. I. v. 1. vi* & ipsâ vocum ac con-

structionis quo Jammodò mysterium SS. Trinitatis, vel sal-

tem pluralitas personarum in unâ divinâ essen-

tiâ possit probari?

DIATRIBA PHILOLOGICA

Contra

Judæos, Photinianos, Pontificios, Calvinianos

atq; novatores nonnullos.

Ad Cujus Quæst. I. II. III. IV. & V. am

PRÆSIDE

M. ANDREA SENNERTO,

Lingvæ Sanctæ Professore Publico, & h. t. Collegij Phi-


losophici DECANO,

Respondebit publicè

M. CHRISTOPHORUS GIEHRA

Mulhusinus Thuringus P. L. Cæsareus.

ad d. IV. Septembr. in Auditorio majori.



WITTEBERGÆ

Typis JOHANNIS RÖHNERI, Acad. Typog.

ANNO M DC, XLV.



VIRIS

*Splendidâ Magnificentiâ, per quâ Reverendâ Dignitate, insigni Aucto-
ritate, rerumq; & Consiliorum dexteritate longè præclarissimis,*

Dn. CHRISTOPHORO VVACKE, U. J. D. PROF.
Publ. Illustriss. Viduæ Principis Anhaltin. in Coswigk/ &c. Consiliario gra-
vissimo, Curia, Electoralis & Facult. Jurid. Assessor. longè dignissi-
mo, juxtaq; hodiè WITTEB. Acad. RECTORI
MAGNIFICO.

Dn. ÆGIDIO STRAUCHIO
SS. Th. D. præcellentissimo, Ecclesiæ
Dresdensis ad D. Crucis pastori pri-
mario, nec non vicinarum SUPERIN-
TENDENTI vigilantissimo, & Supre-
mi Synedrj Ecclesiastici Electoralis
ASSESSORI maximè emerito.

Dn. M. MARTINO GEIERO,
SS. Th. Baccalaureo, & Hebrææ Lin-
guæ in Celeberrima Lipsensi PROF.
PUBL. nec non ad D. Thomæ ibidem
Ecclesiastæ fidelissimo.

Dn. M. ANDRÆE QUERFURT,
præcipuo apud Quedlinburgenses
Patritio, & CONSULI de Republ. sæ-
piùs benemerentissimo, juxtaq; Ne-
gociatori integerrimo.

Dn. FRIEDERICO LENTZIO
JCto Amplissimo, Reverendiss. &
Illustrissimæ Ducisæ Saxonis DO-
ROTHEÆ SOPHIE, &c. ABBA-
TISSÆ Quedlinburgensis Consilia-
rio Intimo.

Dn. M. JOHANNI DÜRRIO,
Illustrissimi & Celsissimi Dn. JO-
HANNIS, Principis Anhaltini, &
Comitis Ascaniæ &c. Concionatori
Aulico dignissimo.

Dn. M. DANIELI Neimbürger/
Ecclesiæ (quæ Deo Quedlinburgi
colligitur ad D. Ægidij) Pastori fide-
lissimo: Huic Dn. Affini suo pl. ho-
norando:

*DNIS MECOENATIBUS, PATRONIS & PROMOTORIBUS SUIS
summâ, perpetuâq; animi submissione reverenter suspiciendis,
S. P. D.*

HOC PROCERES MAGNI porrectâ sumite fronte,
NOMINE quippè DEI nil valet esse prius.
Id didicisse meum est, vestrumq; docere, & amare,
Hincq; meis studiis porro favere, precor.

M. Christophorus Giehra
P. L. C. Respondens.

Ad Praestantissimum
Dn. M. Respondentem.

SCande, piam doctis cathedram immerurus in ausis,
Et cultum facili Numine profer opus.
Palma tua est: facundo etenim quæm disseris ore,
An merita vacuum laudis abire sinat?

M. Johannes Ericus Ostermannus
Prof. Publ.

OCto sunt anni quod nos Philærea tenebat,
Tres sunt elapsi quod Witeberga fovet.
Hos studiis, GIEHRA, mihi dulcis Amice, dedisti,
Constat laudis suus sudor amore pius.
Nec laus sudoris mihi laudis egere videtur,
Quæ Doctum rupit pectora tota sibi.
Gratulor huic laudi, Patria quoque, gratulor almae,
Quæ dignum, digne quem veneretur, habet.

Amico suo Hippiano amore
integerrimo fac.

M. Constantinus Siegra/
Döbel, Miin.

Ad Eximium atq; Eruditissimum
Dn. M. Respondentem, Amicum meum
fraternè amandum & honorandum.

ET sic in publicum tentas prodire vicissim,
Sæpius in Clariis, Cognite GIEHRA choris?
Tertia adest mæsis sed quæ septem pluce ad ALBIM
Fruge tui ingenij dives adauxit agrum.
Primum de *Causa & Causato* Antifite SELDO
Das fructum, & Sophiæ mox merebare gradum.
Deinde *Pœta* vicens exercebaris in æde
MARTINI nostrum sitæ colentis agrum.

Sub

Sub quo *Mentzerum* juvat absolvisse per usum
Collegij privi, hinc pulpita publica adis.
Principium fidei verbó haud *ratione* valere
SCHARFIUS excellens te probat apta loqui.
Pergis ab his, quæ sint *Idiomata Diæ* resolvens
Præside MARTINI schismata calva negas.
Póst & *ad Hebræos caput ultimum* habente LYSERO
Præsidium, exsolvis voce, styloq; tuo.
Bisq; Opponentum *Celeberrimus* HULSEMAN istús
Cum sat ludasses, cœpit, opemq; tulit.
Dùm de BAPTISMO, quibus atq; *ECCLESIA Signis*
Syntheticis existat, verba diserta dares.
Jamq; *DEI vocis* quæ vis genuina sit Ebris
Differis, anne *unum*, num sibi *plura* velit.
Hinc Te claravit labor impiger, extera ut ora
Te caput optaret præstituisse Scholæ.
Gratulor hanc famam, Patriæq; perutile cœptum
Vocē DEI sospes teq; tuosq; bea.

gratulabundus scripsit

M. Christophorus Schrot
Grimà-Misn. SS. Th. Stud.

FRATER, in hoc anno te respondisse ter hausi
auribus, & gaudet dispare sorte DEUS.
Cujus amas *Nomen* defendere; Ritè quod orsus
Perfice, teq; sequi me Deus aptet ope!

ὀλοκαρδίας ἀπρ.

Georgius Giehra Mulhus. Thur:
artium bonarum Stud.:

כנה
PROOEMIUM.

A Nimus fert, איה, nobilissimam
eam, vexatamq; multum Controversam, in quantum
ad philologica, in medium denuo revocare, atq; publica
disquisitionis incudi submittere, quâ quaritur: an ex
Nomine איה pluralis numeri, atq; imprimis hoc juncto Ver-
bo singulari איה, Genes. I, vers. 1. adeoque ex integrâ phrasi, vi
votum & constructionis quodammodo mysterium SS. Trinitatis, vel
saltem pluralitas personarum in unâ divinâ essentiâ possit probari?
Circa quam & ipsam questionem naturam hujus Nominis, nempe Elohim,
paulò impensius, ut fas opusq; omninò erit, considerabimus.

2. Enim verò illam Controversam & concisus itemq; prolixius tra-
ctatam nonnihil (quanquam hoc modo & ex professo, quod dicas, à pau-
cioribus) passim & apud alios videas reperias bene multos: quorum dare
catalogum quendam in præsens principioq; omnium nec frustra erit o-
mnino nec pigebit. In affirmativam nempe ejus descendunt ex pleriq; his
præcipuis ex veteribus & recentioribus sequentes: P. Lombardus (verius
Longobardus) sententiarum magister dictus, sent. lib. I, dist. 2. qui primus
omnium habetur (verba Sixtini) dicto Cl. Sixtino ab Amamè, Antibarb.
bibl. lib. 2. in b. l. & ante eum Pererio, itidem in b. l. & nuperrimè Rivero
identidem in bunc ipsum locum, qui sit autor hujus sententiæ (verba Rive-
ti) quod hoc loco mysterium Trinitatis significetur. Quanquam, quod obi-
ter hic statim notamus, sententiarum hic magister sententiæ hujus auctor
fortasse primus omnium, ut illi quidem volunt, etiam non sit. Præter-
quam enim, quod faciles largimur, quòd nobis quidem ex Patribus omnes
singulis, circa hunc locum perspecti non sint, nec esse etiam possint; certè
vel solus Theodoretus, Patrum antiquissimus, qui floruit circiter anno
Domini CCCCXXX, vel saltem ipsi Lombardo tamen multò veterior est,
simile quid, tamesi quidem circa alium locum, nempe Genes. ejusd. cap.
vers. 26. profert, quando ex plurali, faciamus hominem &c. præmissosin-
gulari, dixit Deus, idem mysterium colligit, quæst. 19. in Genesin. Verba
Episcopi 800. Ecclesiarum, juxta Sixt. Senensem, hæc sunt cit. loco: In u-

A

niversâ

niversa planè Scripturâ divinâ licet audire Deum omnium singulari numero loquentem. Rarò autem pluraliter sermonem format, nisi quùm innuit numerum personarum Trinitatis. *Et paulò post*: Dum enim inquit; Dixit Deus, communionem divinæ naturæ explanavit: subjungens autem illud; faciamus, expressit numerum personarum. *Ex quibus Theodoriti verbis iudicium de hac sententiâ Pererij, Sixtini & Riveri probabiliter fortasse formari posset, an nimiram author bujus assertionis, insinuari nempe & hoc in loco, Genes. I, vers. I. mysterium S.S. Trinitatis, primus omnium sit Lombardus, nec ne. Quibus gemina etiam apud alios subinde reperias. Citat quidem etiam magnus nos- ter Gerhardus dicti Theodoriti quedam verba alia ex Questionibus ejusdem in Genesi, quæst. 20. in similem sensum, quando pugnat contra eos, qui pluralem locutionem b. l. esse ה'לשון רב sive idioma tale lingue Ebraeæ statuunt, quæ & ipsa huc non parum facerent, quæ tamen nos in editione Colonienf. Agripp. an. 1617. reperire non potuimus. Verba à modò laudato Gerharo citata, cum. tom. LL. I. de nat. Dei § 30 tum in egeff. loco secundo, de Deo §. 53. & loco tertio, de S.S. Trim. §. 113. hæc sunt: Si Deus propter authoritatem ac majestatem de se loqueretur in plurali, oportuisset eum ita loqui vel semper, vel ut plurimum, præsertim cum legem daret in Sinâ. καὶ τὰς δὴ μὲν ταῦτα, καὶ οἷς ἐν παρρησίᾳ.*

3. Porro sententiarum Magistrum secuti sunt alij, qui affirmativam nempe tenent præsentis bujus Questionis: Nicolaus Lyranus in h. l. Paulus Episcopus Burgenfis (qui & de S. Mariâ) in annotat. ad eundem, Petrus Galatinus (de quo jam non disputamus, an ejus sunt bi libri, an verò cujusdam alterius Raimundi Sebon vel Porcbeti, juxta Scaligerum, Marinum, alios) de arcan. Cathol. ver. lib. II. cap. 9. Aug. Steuchus Eugubinus hîc. Ambrosius Catharinus, Compensfis Archiepiscopus, in annot. ad vers. Th. Cajetanum, lib. 4. citante Six. Senens. Bibl. I. §. an. 1. qui tamen hac in parte dictum Catharinum, quanquam præceptorem suum, ut alibi ipsum hoc nomine laudat, acriter refellit, & è contra prædictum Thomam defendit, ut infra mox audiemus. Ex recentioribus Rob. Cardinalis Bellarminus in Institut. gramm. de Synt. cap. 4. dist. 5. quanquam palinodiam canere velit bifrons atq; inconstans Jesuita tom. I. controvers. lib. 2. de Christo, cap. 6. Zanchius de tribus Elohim, lib. 2. cap. 1.

& de natur. Dei cap. 4. & 12. Fr. Junius, in protoctifia sua, *quam vocat*, ad Genes. cap. 1. hic, & tom. 2. defenf. cath. ver. contra Samosat. de SS. Trin. p. 70. Polanus, Syntagm. theol. lib. 3. cap. 3. Pellicanus, Piscator in h. l. Tilenus in not. ad Bellarm. l. 2. de Christo cap. 6. Alstedius in Lex theolog. p. m. 70. seqq. *Quibus adjungimus* Jacobum Montanum, *qui cum Drusio per literas hac de questione egit. Ex nostris* Försterus in Lex. rad. אלה, Schindlerus, ibidem. Flacius Illyr. clav. patt. l. voce Deus. *Item* Försterus in thes. catech. in Symb. decad. 1. B. Chemnitius, loco de Deo, cap. 2. reg. primâ. B. Gerhardus, tom. I. de nat. Dei, §. 30. seq. & in exegef. loc. 2. de Deo, §. 52. seq. loco 3. de S. S. Trinit. §. 12. seqq. Feurbornius in anti-Osterodo disp. 3. th. 15. seqq. Stegmannus, Photinianis disp. 4. q. 2. Himmelius, Syntagm. meth. disp. 4. th. 15. & 18. *Reverendus pl. Dn D Jacob. Martini, Senior noster venerandus*, in de tribus Elohim, lib. 1. cap. 3. *qui judicio Cl. Riveti hanc eandem sententiam pluribus atq; accuratius, quam quisquam alius molitus est. Ex Rabbini deniq; sive Judæis, præter supra memoratos Lyranum & Burgensem huic sententia favent, quos imprimis adducit Galatinus supra cit. loco, & ex parte ejusd. libri 2. cap. 4. ex-Beresieb ketannâ, R. Mose hadarsan, libro Sanbedrin, & midras eillum, Rabbi Huna quidam, R. Semlai, R. Johanan, R. Elazar, R. Simeon; Item ipse R. Mosche haddarfchan, super Genes. cap. 1. & in specie in h. l. alijs, qui videri poterunt apud eundem passim. R. Abben Ezram, sapientem s. doctum, quem נא"י עֲזֹרָה sic vocant, quia sibi ipsi fortasse super hac re non constat, hæc vice non adducemus: quanquam ejus verba in Psal. XI, 7. sic satis sint evidenter, quæ ipsa infra absq; dubio in tractatione à nobis adducentur.*

4. E contrario in negantium partes abeunt circa hanc ipsam Controversiam ex recentioribus modo ferè: Photiniani imprimis, prout nec aliter possunt, ex hypothesi sua; Piscius in ad Campiani rationes respons. p. 17. Cujus & hæc verba in specie sunt ibid: Ante Lombardum Trinitatem personarum ex voce Elohim concludebat nemo. Socinus in defenf. animadvers. Posnan. p. 132. Enjedinus in explicat. ll. S. Sæ IV. & N. T. Schmaltz. contra Schopp. de SS. Trinit. p. 6 & 9. alij. *E-Pontificiis verò atq; Calvinianis*: Alphonfus Toftatus, Abulensis Ex piscopus hic, Th. Cajetanus Cardinalis identidem in h. l. Vasques

fius in part. 1. Thomæ disp. 108. cap. 2. Pagninus in Lex. voce אלהים. Sixt. Senensis Biblioth. lib. 5. ann. 1. Bellarminus, de Christo lib. 2. cap. 6. Pererius hic, Chafanio LL. comm. lib. 1. cap. 10. Buxtorfius, thesaur. lib. 2. cap. 2. & 10. Drusus in peculiari tractatu de nomine Elohim, & ad diffic. loca Genes. cap. 1. item, miscellan. cent. 2. cap. 33. alibi, Fullerus in miscell. lib. 1. cap. 6. & lib. 3. cap. 8. Calvinus (qui violentam glossam rem hanc vocat) Et qui cum hoc inter sect. e sue ad dictos primo loco poni debebant meritò, Martyr, Mercerus, Danæus, Paræus omnes in h. l. atq; hic posterior etiam in Calvino orthodoxo. Sixtinus Amama in antibarb. b. in h. l. Rivetus identidem hic &c.

5. Verum enim verò cum, salvo aliorum ac quorumcumq; quidem iudicio, controversie hujus nobilissimæ amplissimæq; ratio ea sit, ut plures alias distinctas atq; subordinatas sibi invicem quæstiones contineat, quarum propterea probationum medijs termini non confundendi etiam sunt, sed diversimodè applicandi adhibendiq; suis quemlibet in locis; nisi rem ante intricatam utcumq; magis magisq; involvere velimus, idè operæ pretium omninò fuerit, ordine Et distinctè eas. suâ quamlibet certâ in sede seu loco, prout nempe alia ferè ex aliâ fluit aliâq; insequitur, proponere quodq; subjunctis breviter tum postea ad singulas suis responsionibus; atq; hac quiddem serie subsequente, quâ queritur v. gr. I. Vocabulum s. Nomen

אלהים in suâ quadam latitudine acceptum, cum pro DEO vero sive *Θεός* tali, tum *Θεοί* dijs, cujus sit numeri ratione termini sive formationis? II. Id ipsum an sit pluralis numeri etiam ratione significationis sive sensus? III. an tantum sit pluralis numeri, an non etiam singularis nonnunquam; atq; adeò numeri utriusq; sive communis sit? IV. De DEO uno, vero atq; glorioso nostro in specie usurpatum cujus sit numeri ratione sensus? V. An de Eo usurpatum in sensu plurali adhibeatur saltem *אלהים רב* i. e. secundum linguæ idioma tale sive proprietatem: & secundum quidem quam summo Ejus excellentissimoq; honori vel divinæ majestati indigitandæ utcumq; adhibeatur? VI. vel an importet saltem pluralitatem virtutum sive proprietatum in DEO? VII. an potius, quod principaliter in quæstione est, pluralitatem personarum in unâ divinâ essentiâ, idq; etiam vi vocis quodammodò? VIII. cur idem no-

men



men unialicui sive singularibus item quandoq; adhibeatur? IX. quid hoc loco, *Genes. I. v. i.* constructum cum verbo singulari ברא, adeoq; integra phrasis denotet? Deniq; X. quam probationis vim habeat, an solidioris nimirum argumenti, an secus, illatio hæc ex integrâ phrasi sive constructionis modò hoc, vel item ex nomine *Elohim*, absolute & in se spectato petita? item: an etiam hinc S.S. Trinitatis (in specie) mysterium probetur? & deniq; quale hoc sit nomen אלהים & quid denotet? *Quibus decem (vel ad summum duodecim) questionibus ordine & distinctè propositis, tota Controversia hæc sive res, quæ, ut & suprâ diximus, utcumq; aliàs intricata & obscurior non nihil est, nec facile aut parùm aliqui feliciter decidetur extra similem modum considerata (sit venia dicto) sed merè alicui potius videri poterat tenebra, hunc in modum inclarescet.*

Nunc JEHOVA ELOHIM Juva!

אֱלֹהִים



A 3

QUESTIO

6
QUÆSTIONES.

1.

Nomen אלה *cujus sit numeri ratione terminationis sive formæ?*

6. Resp. Non equidem valde dubitamus id esse plurale: cum & singulare suum agnoscat אלה DEUS; & id satis adjecta syllaba terminalis, nota nempe pluralis numeri, אים evincat. Nec ullus hactenus fortassis, in quantum quidem nos scimus, id negavit unquam: nisi fortasse an de Thomâ Cajetano Cardinali id aliquis suspicatus velit; qui asseruit, citante Sixto Senensi, *biblioth. sua lib. V. ann. 1. in b. l.* id carere singulari suo: quanquam falsò. Quem tamen errorem & ipse Senensis eum illo errasse videtur, ut ex ejus notis, quas vocant, marginalibus apparet; si modò ejus sint. Quanquam, quod vicissim fatemur, diversæ tamen hæ sunt, nec confundendæ omninò assertiones: carere aliquod nempe nomen singulari numero, & esse id ipsum numeri ejus, ratione termini.

7. Cæterùm id agnoscere suum singulare, quod est אלה (cujus radix verbalis in lingua Arabicâ est usitata, אלה *aleha*, *Deum coluit, adoravit*) non אים, qui est error Lombardi, magistri sententiarum, *lib. I. dist. 2.* & qui eum recepit, Vasquetij, *in pr. partem Thoma disp. 108. cap. 2.* id evincunt satis loca, ex. gr. *Deut. XXXI, 15. & 17. Job. III, 4. Jes. XLIV, 8.* aliâq; quam plurima. *V. Concordantias.* Unde meritorè facessere jubemus hoc dubium, & ad alia & reliqua, quæ operiosiora paulò sunt, descendimus, quando quaeritur porrò:

QUÆSTIO II.

Annomen אלהים, *significationem ejus quod concernit, sit vox multitudinis sive pluralis numeri?*

8. Resp. Refert certè VVolfgg. Capito *in hexaem. suo p. 65.* cit. Magno Gerardo nostro *LL. T. I. de nat. DEI §. 27.* ubi tres ille de signifi-

cati-

7
ratione hujus vocabuli profert sententias, fuisse, qui quidem mul-
titudinis nomen (subintellige ratione termini) id esse asseruerunt.
sed tale tamen, quod significatu sit singulare. Confer & Petr. Galati-
num *de arcan. cathol. ver. lib. 2. cap. 9.* alios. Quibus qui gemina adhuc
hodie, erronea licet atq; falsa nimis (confidenter loquimur) in-
medium proscribunt venditantq; omnino reperias. Contra quos
assertio utiq; hæc primò omnium jam formanda informandaq; eras:
Nomen nimirum hoc, in suâ quadam latitudine & de DEO vero & fã-
lis, itemq; Θεοι dijs acceptum, ut ratione termini sive formationis,
ita etiam ratione sensus s. significationis suæ esse nomen multitudi-
nis. vel numeri pluralis, non singularis.

9. Quod probat 1. iterum numerus usitatus singularis ἑνὸν suo
plurali, à quo hic formatur contradistinctus oppositusque; quo sen-
sus singularis commodè ubiq; satis potest exprimi, exprimiturq; sæ-
pissimè; cujus loca quædam supra Q. I. adduximus. 2. explicita a-
libi pluralitatis adjecta nota sive terminus. Sunt enim Vocabula,
ut notum est, ὁμοίωμα τῶν νομιμάτων, sive signa conceptuum, ut hæc
rerum; atq; hæc quidem talia κατὰ τὴν συνήθειαν, h. e. ex pacto, ut sint
symbola & notæ quædam rerum communes omnibus: hinc de jure
unum & alteri debet respondere, illudq; exactè repræsentare. Unde
Philosophus: πᾶσα τῆς λέξεως ἀρετὴ ἐστὶν, εἶναι σηματικὴν: &
6. *Topic. cap. 2.* ait: εἰ δὲ τὴν κεμενὴν, ὀνομασίαν ἔχουσαν, à receptâ
significatione vocis nempe temerè recedendum non est. Et ipse
Plato divinus in Cratylo suo inculcat, quod & in dictionum singulis
particulis, non singulis vocibus tantum, convenientia verborum &
rerum diligenter spectanda sit servandaq; V. omnino, si placet, & lege
hæc de re accuratissimum tractatum Theodori Bibliandri *de rat. com.
omnium literar. & ling. Capite*, quod inscribitur: *Convenientia rerum &
vorum pag. m. 130.* 3. Id probant imprimis loca S. sæ expressa, ubi de
DEO tam vero sive Θεοι tali, quam Θεοι dijs acceptum: & insuper
4. quandoq; alijs adjectis vocibus, adjectivo nomine, pronomine vel
verbo pluralis numeri, aliter non nisi in sensu plurali potest explica-
ri, ex. gr. *Gen. cap. I. v. 26. cap. III. 22. cap. XX, 13. c. XXXV, 7. Exod. XXI,
6. cap. XXII, 8. 9. 20 & 28 & c. Sic & . Sam VI, 20.* in quo loco, postero-
re, ipse Cl. Buxtorfius *thesaur. l. 2. c. 2.* agnoscit id esse plurale; alibi
5. Id &

7. Id & fradet lingua hujus, Sanctæ nempe sive Ebrææ, puritas atque simplicitas, utpote cui displicet omnis fucus; uti non verisimile sit eam contra receptam analogiam, cumq; in usu sit singulare, adhibuisse multitudinis numerum, nisi pluralem, qui & est daturq; in Deo, eo indicare voluisset. Unde pronunciamus denuo in propria atque nativâ significatione, vi & ipsâ vocis suæ sive termini aut materialis nomen hoc esse plurale, non singulare. Sed quaeritur nunc porro:

QUÆSTIO III.

An tantum sui pluralis numeri Nomen hoc, an verò nonnunquam etiam singularis: adeoq; numeri communis sui?

10. Resp. Quod probatur quàm maximè Cl. Drusio, cum alibi, tum in *ad diff. loca Genesæ, cap. I.* Ubi & D. Hieronymum *de quest. Ebr. ac epist. ejusd. 136.* itemq; Procopium in *Genes.* in hanc rem adducit, qui scribant, esse nomen communis numeri, quod & unus Deus ita vocetur & plures. *Nam Elobim, verba hæc sunt Drusij, quando de uno dicitur sensum habet singularem. Dicitur autem de uno Deo passim, & de uno angelo, vitulo, idolo, homine.* Hæc ille. Confer & in hanc rem Buxtorf. in *Lex. voce אלהים* aliosq;.

II. Cui quidem assertioni neque nos per omnia refragamur, accommodari quidem nimirum id nominis nonnunquam etiam singularibus vel unialicui rei; cum utiq; nota satis sint & nobis loca, v. gr. *Genes. I, 2. Psal. XLV. 8. Hof. I, 7. Exod. IV, 16 cap. VII, 1. cap. XXXII, 31. Jud. XVI, 23. 1. Reg. XI, 33. &c.* ubi aliter vix non nisi in sensu partiali s. singulari potest vox ea accipi intelligiq;. Sed observatis insuper imprimisq; observandis hisce sequentibus: I. Distinguiamus inter significationem vocis alicujus propriam, nativam atq; principalem, & inter translata s. secundariam. Vox אלהים sensum habet pluralem, vi vocis & in significato suo primario, nativo atque proprio: deponit verò eum sensum nonnq; paulisper usurpatum de uno aliquo, v. gr. personâ certa hæc vel illâ, in significato translato vel minus principali. Quod quibus de causis fiat infra audiemus

Quæst.

9

Quæst. VIII. Nec quicquam tamen decedit hinc significatui palmario s. nativo, qui est pluralis, vi vocis suæ. 2. Concedimus Cl. Drusio, quando applicatur id nominis Deo vero atque æterno, notari eo Unum Deum; sed non illum Unum principaliter unitate essentia suæ, licet consecutivè: sed vel *ἑνός* illum simul & imprimis in personis trinum, vel *δευτέρως*, atque id rarissimè planè, certam, hanc vel illam Deitatis personam: ut infra cit. l. videbimus. Unde 3. negamus constantissimeq; statim corruiere juxta Drusium cit. loco hinc argumentum, quod pro personarum in unâ divinâ essentiâ pluralitate à numero nempe plurali hujus vocis deducitur: quia nempe sit nomen numeri communis sive utriusq;, tam singularis, quàm pluralis. Nam, ut supra jam diximus, non uno eodemq; modo & multitudinis numerum & unitatis significat vel importat; sed hunc minus multo quidem, illum verò multo magis propriè, vel quin imò propriissimè. Nec quicquam hinc detrahitur vi vocis, ut dictum, in sensu suo palmario & nativo, etiamsi nonnunquam, atque id rarius quidem etiam, transferatur aliorum atque accommodetur item singularibus vel uni alicui rei. Unde sua quin imò adhuc remanet & vis inest quædam huic argumento, quando ex indole hujus vocis & significatu ejus palmario propriissimoq; pluralitas quædam colligitur, & in Deo quidem nostro glorioso in specie personarum, ut mox audiemus. Cæterum quæritur nunc porro, atque in specie:

QUÆSTIO IV.

De Deo uno, vero atq; glorioso in specie usurpatum hoc nomen אלהים cujus sit numeri ratione sensus?

12. Resp. Ubi constantissimeque iterum atque intrepidè planè pronunciamus statim atque asserimus insimul: pluralis numeri; minimè verò singularis: nisi *δευτέρως* vicissim & in certis suis quibusdam, iisdemq; paucissimis, locis, ubi id contextus arguit. Posterius patet: quia, ut & jam dictum est, habet suum singulare אלהים, per quod sensus singularis satis commodè potest exprimi, exprimiturq;

B

sepsis-

sapissimè. 2. Prius liquet: quia explicita pluralitatis nota sive terminus id arguit; nec ulla sufficiens ratio dari potest, cur recedendū sit hinc, & prout terminatur vox, ita exponi non debeat, h. e. pluraliter s. in sensu plurali. 3. quia tamen nonnunquam etiam significet singulariter, attamen pluraliter sonat propriissimè, ex nativā vi vocis, cum ratione materialis, tum formalis. In quibus rerum momentis tam diu stamus, nec recedendum temerè est aut quaeunque de causā, nisi donec aliud quid, sive contrarium ejus evidentior, quaedam ratio rei; necessitas evincat satis. 4. Id evincunt dilucidius aliquantum atque explicatius Voces aliae adjecta, juxta analogiam Grammaticam, in convenientiā numeri cum numero: nomina nempe adjectiva pluralia, pronomina item atque verba ejusdem numeri. v. gr. **יהוה אלהים קדושים יהוה** *Dominus Elobimus sancti ipse, Jos. ult. vers. 19. Confer & loca 2. Sam. VII, 23, Psal LVIII, 12. Jer. X, 10. cap. XXXIII, 36.* & quae supra adduximus S. IX. num. 4. ex his nonnulla alia. Quae vocabula adjectanea in his similibusq; locis indicio satis sunt, sive explanativa numeri praesentis vocis, de qua sermo est. Neque enim vel dici potest aut debet, & ipsa ea esse ratione sensus vel significationis numeri unitatis, ut sic loquar, nisi invitā valde veritate, & analogiā insuper posthabitā omni grammaticā, conquisitisq; confictisq; vicissim malè ubivis locorum anomaliis, citraq; debitum omne. 5. Imprimis verò & hoc hic notamus, quod aliunde, ex S. S. Scriptura, Dei nempe gratiā edocti aliās sumus: in unā Dei essentiā dari repeririq; plures personas, vel veriùs accuratiusq; loquendo, unius essentiā divinā plures esse personas; secus quā sit, vel quod nunquam firin aliis rebus, essentiis substantiisq; creatis. Unde ingerimus iterum, standum ergò omninò hīc vi vocis, ne utiquam verò recedendum; & huic voci primae intentionis, ut vocant Logici, vel tecnico termino aut formae nominis, de Deo uno, vero atque aeterno usurpati hunc in modum à Spiritu S. in esse aliquid, vi fundamenti sive suppositionis, argumenti, vel, quod idem est, quid altè quasi eidem impressum, quod & simul, vel tum postea saltem, juxta vel post S. S. Scripturae testimonium, pluralitatem quandam insinuet in Deo: cui simile quid propter defectum ejus fundamenti, vel rei atque rationis dissimilitudinem in aliis creatis rebus.

sive

sive creaturis, si quando & iisdem vox hæc adhibeatur, concipi aut
fingi non potest: sed alia tùm, quæ subst, ratio excogitanda omninò
conciipiendaq; erit; ex. gr. pluralitas potentiarum vel virtutum in
iisdem vel aliud quid, &c. De quo deinceps infra Q. VIII.

13. Unde evanida fiunt, atque frigent meritò, quæ objicit nobis
loco supra cit. in *ad diff. loca Genes. cap. I.* Drusius: (nec propterea
hec poscenda statim ab ipso, bono viro, pelvis effer, aut helleboro
curandus, verba sunt Drusii, is est, qui contrarium placitis ejusdem
statuit) neminem nempe ex terminatione numeri pluralis colligere
pluralitatem rerum: v. gr. ex nomine liberorum, quando de uno u-
surpatur, pluralitatem horum: ex nominibus Athenæ, Thebæ, Sa-
lonæ plures Athenas, Thebas, Salonas: ex nomine Samaim, plures
cæles: & ideo non esse plures tenebras, quoniam in latio non au-
diatur tenebra, numero singulari, sed tenebræ. Respondemus enim:
1. Dispar planè est ratio harum vocum & hujus nostri nominis divi-
ni. Nam hæc pleraque nomina stant ratione significationis pro sin-
gularibus; unde non mirum est ex nudâ horum terminatione non
posse colligi pluralitatem rerum: sive, quod idem est; sunt hæc no-
mina ratione terminationis numeri multitudinis tantum, ut vocant
Grammatici, carent suo singulari, quacunque etiam de causâ id
fiat, sive ex indole lingvæ, sive ob aliam quamcunque causam lati-
tantem: sed hoc nostrum distinctum habet, ratione terminationis &
sensus, singularem & pluralem numerum, quibus mediantibus u-
terque conceptus & res utrinque aotione hac indigitata potest re-
presentari: 2. Non à nudâ inflexione (quæ etiam in superioribus
allatis exemplis nulla est daturque) sive potius à terminatione nudâ
pluralis numeri, qui est in hisce ipsis exemplis tantum talis, argu-
mentum deducimus, sed à voce terminatâ inflexaq; simul hunc in-
modum, nimirum ex singulari numero in pluralem, & , ut ex parte
dictum jam quoque, quæ simul & expressè expliciteve contradistin-
guitur suo singulari & ipsi usitato non minus, cum ratione termini-
tum sensûs, quem importat. 3. Nullum datur huic nostro simile
rei rationisq; fundamentum in hisce ipsis supra allegatis vocabulis;
vel potius datur nulla rei rationisq; similitudo inter hæc vocabula &
res his singularis nominibus substratas vel per hæc expressas denota-
tasq;



tasq; quæ inferat vel inferre possit pluralitatem quandam, quemadmodum in nostrate Nomine, vel potiùs in Deo nostro glorioso, sive inter hunc, & illud. Non enim repertæ unquam dataq; in hoc Orbe habitabili plures exem. grat. Salonæ, Thebæ, &c. Tenebræ item quantitativè nō concipi intelligiq; multo minùs multiplicari hunc in modum possunt aut debent. Enimverò, quæ deniq; eodem loco cit. suprâ jam modò Drusus profert, de nominibus Adonim & Baalim; simili modo nempe tunc ea pluraliter reddenda concipiendaque esse: & quid verò si aliquis dicat asseratq;: cum scilicet de Deo vero atque æterno secundùm essentiam enunciantur, simile mysterium tum, pluralitatem nimirum personarum in eo iisdem insinuari (quanquam differre in quantum hoc nostrum Elohim & illa demus agnoscamusq; iterùm) secùs quando alibi adhibentur. Quâ de re, ut dictum, infrâ pluribus.

QUÆSTIO V.

An de DEO usurpatum hoc Nomen in sensu plurali adhibeatur על ררך הלשון h. e. secundùm idioma tale lingua Ebrææ, sive proprietatem: & secundùm quidem quam ad exaggerationem modò, summo Ejus excellentissimoq; honori vel divinæ majestati indigitanda utcunq; adhibeatur?

14. Resp. Provehimur nunc mare hoc non minùs sacrum atq; philologicum imprimis sulcaturi circa Controversiam hanc nobilissimam atq; principalissimam in frontispicio hujus Diatribæ propositam; & probato nunc satis, dato concessioq; Nomen hoc divinum אלהים & in latitudine suâ acceptum, pro Deo vero sive Quædam tali atque Jæes diis, cum ratione terminationis, tum sensus sive significationis, primò atque principaliter; & de DEO vero item æter-

no atque glorioso nostro in specie id enunciatum, idque iterum primo atque in sensu suo palmario esse pluralis numeri: quaeritur nunc porro, qui de DEO Uno, qui essentiae hanc suae Unitatem ad extolendam suam majestatem passim inculcat, & hanc sibi summam laudem ducit atque gloriae, Vide *Deut. VI, 4. cap. XXXII, 39, Jes. XLIV, 6. & 8. cap. XLV, 5. & 6. cap. XLVI, 9. Marc. XII, 29. & 32. 1. Corinthe VIII, 6.* & alibi passim; qui, inquam, & quibus quaeso de causis id fiat, ut Nomen hoc pluralis numeri quidem de Eo Uno atque solitario usurpetur toties in S. Literis? *An fortassis, ut alii volunt. I. דרך ה' ש' י'.*

h. e. Idiotismus talis sive proprietas linguae Ebraeae sit? Cujus tamen Quaestionis vicissim duplex mens esse potest; qua quaeritur v. gr. I. an simpliciter & nudè Idiotismus talis s. linguae proprietas sit; cujus ratio alia, qua subsit, nulla dari possit; secundum quam, ex tali primò consuetudine hominum, assensu postmodum hujus linguae atque item sacrarum paginarum, כושרים quidem uni & soli Deo tribuatur? vel 2. an verò ratio quaedam certa huic rei subsit; qua ad exaggerationem saltem, summi excellentissimiq; honoris & majestatis divinae indigitanda ergò exprimendaeq; utcunq; adhibeatur? II. An verò importet potius Idiotismus hic pluralitatem quandam atque multitudinem potentiarum, virtutum atque proprietatum in Deo, juxta alios? III. An verò quam maximè multitudinis hac voce, vi & ipsa quodammodo vocis hujus, insinuetur pluralitas quaedam Personarum in unà & indivisa essentia divina?

15. De singulis ordine, atque de priori primo atque h. l. dicemus; de reliquo reliquis suisq; in locis. Ac ut quid nobis quidem omninò de hac re videatur, sine omni tergiversatione & confidenter quadantenus, citra tamen cujusquam praedudicium, a jamaus; sententiam, inquam, hac de re nostram paucis quibusdam includemus *Θεωρηματι*, subjunctis tum postea statim item Exegematis eorum brevissimis. Est ergò primum Theorema sive pronunciatum hoc:

16. *Idiotismus linguae (in genere) est affectio talis linguae cujusvis, secundum quam tum ratione vocum simplicium, tum conjunctarum primò differt lingua ab alia lingua s. linguis; tum*

B 3

74
Et deinde etiam secundario à se invicem, secundum analogiam
suam perpetuam atq. communissimam. Et hinc. Non equidem
animo sedet nostro de Idiotismis linguarum in genere hic multis
differere; quod alterius disceptationis esset plenioris. Saltem tamen
pauca de his quædam prælibare hic ut omnino non ingratum, ita
nec inutile erit. Ac paucis saltem, ut dictum, contenti hic eri-
mus. Patet autem assertionis hujus veritas. Hinc enim *Idiotismos*
nomine venit primò atque principaliter Idiotismus, quod sit dictio-
nis, sive certum dicendi genus cuique lingvæ proprium sive appro-
priatum. *Halicarnassæus*. De quâ re egregiè Theodor. Bibliander,
in pererudito suo, quem & supra laudavimus modò, commentario,
quem conscripsit ad Ecclesiæ Christianæ Præsides, de ratione com-
muni omnium linguarum & literarum, *Capite* Commentarii, quod
inscribitur: *Consuetudo, Latinitas, &c. p. m. 125. seq.* Habent lingvæ,
etiam in partibus dictionum & constructione, quàm in vocibus singulis quid-
dam vernaculum & peculiare: quod in Latino sermone dici rectè videtur
Latinitas, ut in sermone Græco hellenismus, in Ebraicâ lingua Ebraismus.
Quemadmodum *Ain* litera est Ebræorum propria & vernacula. Item,
szade: de qua litera Hieronymus: Nezer per *z* literam scribitur: cujus
proprietas & sonum inter *z* & *s*. Latinus sermo non exprimit. Quod
pertinet, quod Priscianus scribit, Syros & Egyptios aspirationem in fine
dictionum ponere suo more. Jam Eretricum *rbo* etiam proverbiali
figurâ jactatum est. Ante quoque ex *Fabio monni*, quod sint proprii qui-
dam & innumerabiles soni, quibus nonnunquam nationes reprehendimus.
In verbis illud ad proprietatem pertinet, quod Germanis principalis vox
& thema ferme est unius syllaba, Græcis & Latinis duarum syllabarum:
Θεός, Deus, *θιητ* vel *θηουτ* vel *Θουτ*. Quod positio Verbi est in Ebraicâ
linguâ tertia persona præteriti temporis singularis numeri: In Græco &
Latino sermone prima persona sing. præsentis temporis: In Germanico &
Sclavonico sermone Imperativi modi secunda persona. In toto etiam ge-
nere dicendi vernaculum & gentilitium aliquid animadvertitur, ut de
Asiatico, Attico, Rhodio, Laconico sermone ante dictum est. &c. Hactenus
Theodorus. Concipe atq; finge nunc Tibi, vel potius subsume sta-
tim, *Leætor* benevole, simile quid de hac nostra voce *לעצור*, ratio-
ne sui significandi modi vernaculi & in lingvâ suâ usitati solum pro-
prii.

pruque: quem unica quidem voce alia lingvæ exprimeret vix non
 sunt per omnia nefcia. Quo ipso tamen non pernegamus prædictam
 hanc supra rationem quandam communem omnium lingvarum
 atque literaturæ, quam inter se habent in certis quibusdam capti-
 bus vel partibus Orationis cum simplicis tum conjunctæ; de qua
 agit imprimis laudatus denuo jam modò absolutissimus tracta-
 tus prædicti Theodori Bibliandri. Lege hunc, si placet, per totum.
 Dantur enim omnino similes ita dicti ἰδιωτισμοί, qui tamen etiam
 fortasse pluribus aliis lingvis sunt communes, & in pluribus non
 dialectis tantum, sed diversis longè distinctisq; etiam ἰδιώμασι sunt
 usitati. Quorsum pertinerent, si per omnia quadrarent aut vera es-
 sent, verba Sapientis R. Aben Ezra in Genes. principium ad vocem
 Elohim:

כל לשון יש לו דרך כבוד וכבוד לשון לועז
 שיאמר הקטן לנכה הגדול לשון רבים ובלשון
 ישמעאל דרך כבוד שידבר הגדול כמו המלך בלשון
 רבים ובלשון הקדש דרך כבוד לומר על הגדול
 לשון רבים כמו ארונים ובעלים hoc est:

Unicuiq; lingvæ est consuetudo honoris. Ut honorificum est in lingvâ Ita-
 licâ, si alloquatur minor presentem magnatem numero plurali: sic lin-
 gvâ Ismaeliticâ sive Arabicâ honorificum est, ut magnus ueluti Rex, loqua-
 tur numero plurali. Pariter in lingvâ sanctâ honorificum est, loqui de
 magnate numero plurali; ut: אֱלֹהִים & בָּעֲלִים Sed enim de hac
 re nullum nobis amplius est dubium.

17. Theorema Secundum: Idiotismorum Origo non una eademq;
 est per omnia in lingvis. Paucis rem declaramus. Pertinent nimi-
 rum huc, nisi insigniter fallimur verba illa Quinctilii Fabii, Rhetor.
 lib. 1. quando ait: Sermo constat ratione, vetustate, auctoritate, consue-
 tudine. Rationem præstat præcipuè analogia, nonnunquam & etymolo-
 pia. Vetera majestas quadam, & ut sic dixerim, religio commendat. Au-
 thoritas ab Oratoribus quibuscumq; probatissimis, vel historicis peti so-
 let, &c. & lib. 9. idem inquit: esset omne schema vitium, si non peteretur,
 sed accideret: verum auctoritate, vetustate, consuetudine plerumq; de-
 fenditur; sæpe etiam ratione quadam, &c. Quibus & gemina reperi-
 re liceat apud M. Varronem, lib. 2. de anal. iâ, & lib. 4. de verbor. origi-
 Quod

Quod, inquam, Quintilius de sermone atque Schematismis sive figuratâ oratione in genere dicit, id putamus etiam rectè pronuciari posse de Idiotismis linguarum in genere: Constare nempe & eos identidem quadam ratione, vel vetustate, autoritate, aut nonnunquam nudâ consuetudine etiam ac solâ. Videntur, ut figuratus quoque sermo ferè omnis, ita *ιδιωτισμοῖ* s. linguarum proprietates ortæ, adinventæ excogitatæque vel 1. necessariò s. ob necessitatem quandam, ad evidentiam quandam conciliandam, & rei naturam, proprietates & singulas circumstantias propiùs atq; penitùs exprimendas describendasq;: vel 2. ob s̄vavitatem s. decorum, atq; ad fallendum tædium in sermone, sive inter loquendum. Quemadmodum enim in Musicis offendimur unisono, si nunquam sit *ἦσις ἡδὲ ἀρσις* soni: sic & usu venit in sermone: vel 3. & fortasse contingenter quoque planè ac casu quodammodo nonnullæ, citra prægnantem & sibi sufficientem quandam rationem. Unde, quod iterùm de figurato sermone aliàs, item non incommodè huc accommodaret aliquis diceretque: Idiotismos necessitas genuit, delectatio jucunditasque celebravit, consuetudo frequentavit depravavitq;. Ut in vestium cultu ex. gr. simile quid fieri videmus, quæ frigoris depellendi causâ primò repertæ, mox postea etiam adhiberi coeptæ ad ornatum corporis & dignitatem, tandem ad luxum usque adhibitæ frequentatæq;. Quæ & his similia ex subsequentiibus paulò fortasse clariora evadent. Succedat nunc:

18. Tertium pronuciatum: *Non omnium Idiotismorum, sive locutoris cujuslibet aut structuræ ratio aequè certâ & accuratâ semper reddi potest: vel certè ea occultior nonnunquam est.* Non secùs atq; id fieri etiam videmus in etymologiis vocum, de quibus tamen alii aliter. Augustinus in lib. de *Dialectica*, itemq; juxta hunc Cicero, sic & Laur. Valla magnus ille cætera utique Latinitatis assertor, eas planè repudiabant. Sed suos tamen vicissim habent assertores alios & hodie atque imprimis etiam Stoicos academicosq; olim; qui, priores, statuerunt omninò nullam esse vocem vel verbum unquam cujus non certa sua ratio dari & afferri possit, sed eam in aliis conspicuam magis esse, in aliis latere. V. suprà allegat. tractatum Th. Bibliandri, *Cap. quod inscribitur: analogia, etymologia p. m. 127. seqq.* Sed enim ad rem.

rem. Fluit nimirum præsens hoc Theorema ex proximè præcedente. Quandoquidem enim, ut ibidem modò dictum, nunc ratione, nunc vetustate, autoritate, consuetudine sermo confatalibi magis magisque, pro hîc & nunc quidem; hinc intricatior non nullibi evadit etiam circa similes *ιδιωτισμὸς*, nec æquè ubique ratio illucescit satis, vel accurata reddi semper potest, ecquid causæ subsit in hac vel illâ locutione, structurâ vel dicendi modo. Subest quidem etiam nonnunquam sua certa quædam ratio, sed latentior ea nonnihil est, vel saltem quoad hunc vel illum magis minusve; propter ignorantiam circumstantiarum, occasionis, temporis, auctoris, finis sive scopi, cur vel quando v. g. hunc in modum usurpari coeperit sermo hic vel dictio hæc, illa &c. Quod vel, ut ne longè abeamus, nostro etiâ plurali *Ελοβim* seu integræ phrasi *ברא אלהים* usu venire quoq; videmus; ubi alia atq; alia, quæ subsistat ratio à diversis in mediū afferri solet, cur plurale scil. de singulari sive uno & solitario Deo nostro glorioso enuncietur: an nimirum Idiotismus talis lingvæ ejus, Eberinæ nempe, tantum sit atq; merus, & qui ex proprietate ejo lingvæ, vel usu sacrarū paginarum vel consuetudine etiam vulgi tantum modò fluat; an verò honoris summi excellentissimiq; vel potius divinæ majestatis indigitandæ ergò adhibeatur; an infinitatem, ut sic dicam, potentiarum sive proprietatum in Deo importet insuper; an verò potius pluralitatem quaedam personarum in una hac infinitâ indivisâq; essentiâ? Sic & in his similibus aliisq; exemplis (vel certè haud absimilibus multo) in aliis item linguis; ut unum atq; alterum adhuc adferamus, *ἡ γὰρ τὴν ἀνέπνυλον τὴν ἑλ.θ.οι*, quod proverbio dicitur, primum; ita tamen vicissim; ut in terminis quasi maneamus etiam: circa hæc, inquam, similiaque exempla & in aliis linguis quæri identidem in hanc rem poterat; ecquid causæ ex. gr. vel certè subsit, vel ecurr adhibeatur apud Græcos verbum singulare Neutro plurali: *τὰ παιδία παῖδες* pro *παῖδες* pueri ludunt, *τὰ ζῶα τρέχει*, animalia currunt? Quod &, maxime apud Poëtas Pindarum, Hesiodum, Euripidem, adde & Aristotelem, alios, masculinis itemq; sequioris sexus nominibus accidit nonnunquam. Vel ecurr v. gr.

C

apud



apud Comicos, M. Accium Plautum, *ambitr. act. 2. scen. 2.* iten-
q; Terentium *evnuch. act. 4. scen. 3.* alios, Pomponium, Varronem
&c. dicatur, *absente, pres. nte nobis, amicis, testibus &c. pro nobis, ami-
cis, testibus &c. absentibus, presentibus.* Quod Prisciano Gram-
matico quidem *de construct. libro* more Attico dictum est;
Donato verò & ipsi Grammaticorum patri aut *dextraeque* fi-
gura est, vel alicubi juxta illum distinguendum & subaudiendum.
Me. Sic quid simile huic reperire & est apud Catullum: *insperanti
nobis, pro insperantibus:* & Tibullum, notante ex Scaligero CL. no-
stro Taubmanno, b. m. *in notis Plaut. ampir. 2. 2. nobis merenti pro
merentibus, &c.* Sic porro & quaeritur nonnunquam inter erudi-
tos de hac similibusq; item phrasibus: *ecquid sit, quod Poëta di-
xerint, vel ecquidnam rei vel causae, inquam, sublit huic phrasi:
effundere animam, pro mori.* Sic enim Maro, *Aeneid. lib. I.*
tuaq; animam hanc effundere dextra.

Et lib. 9. idem inquit:

Purpuream vomit ille animam.

Dices, Metaphoricam esse locutionem. Sanè. Sed quæ tropi fina-
lis vel efficiens causæ? quæ metaphoraë inventor vel usurpator
adhibita causa vel ratio subfuit, subest? an nudè talis, physica,
nempe metaphora: ut fieri solet non rarò, desumpta ab inanimatis,
& traducta ad animata? an verò potiùs, veluti qui secuti Stoam
sunt animam dixere esse *πυρράδη δόξαν*, h. e. igneæ naturæ eam esse
putantes: vel quemadmodum alij, quos notat ex Varrone Lactan-
tius, qui statuerunt animam esse aërem ore conceptum, tepefa-
ctum in pulmonibus, d'efervectum in corde, diffusum in cor-
pus: ita Poëta inquam hi, Maro imprimis, subscripsisse Empedo-
cli videantur, credentes animam esse sanguinem. Unde & putave-
runt alij obtritorum & strangulatorum *δάματον εἶναι μαχρὸν*, gla-
dio occisorum *ναρξερὸν*; quia ibi anima opprimatur, hic edatur,
& liberius ascendat ad sedes beatas. Et Statius de quodam auri
sermatore in Thebaide sextâ canit:

later intus monte soluto

Obtritus, ac penitus fractum obductumque cadaver

Li. dignantem animam propriis non reddidit astris.

Et

Et Seneca *lib. 3. de ira cap. 19.* sæviciam Caij exagltans, quod morituris os pannis conscissis farciret, inquit: *qua ista savi-
ta est? liceat ultimum spiritum trahere: da exitura anima locum* &c.
 וְהָאֵלֹהִים דְּהַיְוָה אֱלֹהֵינוּ, & nonnihil hæc obiter. Denique ut hoc
 unum adhuc exlinguâ sanctâ vicissim exemplum adferamus, non
 abs re quæritur, in similem huic nostro sensum, circa ipsam hanc
 præsentem controversiam, ab alijs alibi, ex gr. Qui & quam ob
 causam, vel qua de latitante ratione quadam Daniel, prophetiæ
 suæ libri *cap. 11. v. 36.* loquatur de sefe minori tanquam & ex subdi-
 torum & captivorum licet numero Uno coram Monarcha summo
 Nebuchodonosore in sensu plurali: **דָּנִיֵּאל הוֹלֵטָא וּפְשִׁירָהּ**
דְּמַלְכָּא קְדָם מְלָכָא hoc somnium, & interpretationem ejus di-
 cemus coram rege? an quia nudè sic fert linguæ nonnullibi in doles?
 haud certè suæ indigitandæ potentæ; nisi prudentiæ velis, quam
 habebat divinitus præ cæteris; non dignitati videtur: an ad indi-
 cendum multitudinem virtutum in sefe, vel quod de se & socijs
 suis loquatur, quod quam plurimis arridet ex Interpretibus; vel
 quod Deo interpretationem somnii hujus adscribat? vel propter
 aliud quid? De quo valdè aliquis meritoq; dubitare posset: Sed
 de his, inquam, plus ultra hîc, alibi fortasse pluribus fufiusque
 adhuc. Sit nunc:

19. Theorema quartum: *Multò plurimum tamen idioſyncrasias
 satis plana & manifesta est.* Licet fortasse vicissim non quod ad hunc
 vel illum Titium, Cajum, Sempronium &c. Quod vel hoc unico i-
 terùm exemplo, divino nempe Nomine, de quo impræsentiarum
 nobis sermo est, vel integrâ etiam phrasi demonstrari posset, ac
 demonstratum ibimus deinceps. Verbo: Quod nempe, & qua
 subsistit ratio, ear Nomen hoc plurale Elohim tribuatur, & *noſtræ*
 quidem, unî & soli Deo nostro glorioso alia nulla sit, quàm qua
 in summo Numine deprehenditur, & alibi celebratur passim in
 Scripturâ S. personarum pluralitas. Alibi verò, ubi simile quid huic
 reperire nihil est, quando alijs nempe accommodatur rebus crea-
 tis, personis v. gr. honoratioribus, pluralitas saltè virtutum vel
 proprietatum aut quid ejs simile. Aliquando quin imò verò planè
 obtineat tantummodò in his similibusq; vocabulis vulgi quædam

talis consuetudo, &c. Nisi vicissim alia fortassis occultior sub-
ratio quædam, quæ adhuc imbecillitatem nostram intellectus, aut
certè cognoscentis huius vel illius, aut veritatis cognitari adhuc fugiat.

20. Theorema quintum. *Dantur etiam similes Idiotismi in
linguâ Sanctâ à Ebraea. Et in specie ררר ורשון est, atq; sic fert in dolis
sive proprietatibus huius lingue, quâ nonnunquam adhibetur singularibus
vocabulary pluribus numeri; et jungitur singularibus explicitè plurale.*
Quod probatione, quod ad quidem membrum Θεωρημα hu-
jus primum, non admodum eget. V. saltem, qui sufficere hic & in-
star omnium esse vel possit, cuius sacratioris literaturæ Candidati
vel Ideo non parum debent, Reverendus pl. atq; CL. Philologo-
Theologus Dn D. Salomon Glasius in Philologiâ S. suâ, per totam
Uno verbo, e. gr. quod ררר ורשון in genere primum concernit.
Sic proportio sive analogia hæc Grammatica est constans eaq; per-
petua atque communissima, etiam in Lingvâ S. & ipsâ usitata,
quoad convenientiam Nominis substantivi cum adjectivo, ut di-
cas: אִישׁ צַדִּיק *vir justus, Genes. VI, 9. אֱלֹהִים רַחוּם* *Deus mi-*
sericors & gtatiosus, Exod. XXXIV, 6. אִרְם טָמֵא *homo immun-*
duus, &c. Sed ad proprietatem lingvæ, suo qualicunq; modo, spe-
ctat, quando præter communem hominiam, abstractum v. gr. non-
nunquam pro concreto ponitur, quodq; sit circumscriptivum Ad-
jectivi, אֱלֹהִים טָמֵא *immunditia hominis, Levit. VII, 21.*
pro *homo immundus s. immunditij.* Sic & dicitur: אֲשֵׁר הָאִישׁ
beatitudines Viri, Psal. I, 1. h. e. Vir beatus s. beatitudinum. אִישׁ
וּמְרִמָּה וּמְרִמָּה *Vir sanguinum & fraudis i. e. sanguinolentus &*
fraudulentus, Psal. V, 7. אִישׁ לְשׁוֹן *Vir lingua h. e. lingvax. maledi-*
cus, Psal. CXL, 12. Sic & in aliis cernitur reperireq; est simile lin-
gvæ idioma nonnunquam, quando ex. gr. pro Adjectivo nomine
altero paraphrasticè, nec minus eleganter, venit Substantivum a-
liud, præcedente hoc præpositione מֵ לֵב לֵב אֶת מֵ לֵב לֵב
אֶת מֵ לֵב לֵב *aque in maribus, i. e. marina, Genes. I, 22. מְזִמֹּר לְהוֹרָה*
Psalms ad gratiarum actionem, h. e. εὐχαριστικός מְזִמֹּר לְהוֹרָה *leo de*
sylvâi, e. sylvestris, Jer. V, 6. Sic etiam Adverbio loco adjectivi pe-
fito

